



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118448**

§. 136. Ludovicus Caroli Ludemburgici tutelam ad Flandorum preces sibi  
arrogat

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](#)

§. CXXXV.

Sæcul. XVI.

A.C. 1507.

*Belgii regimen a Maximiliano con-**cipitum.*

Cum Castellæ administrationem, Ferdi- *Voies les*  
 nando ad eam nominato, Maximilia *memoires du*  
 nus incassum speraret, saltem Belgii re- *Bellay & de*  
 gimen continuo ambiebat, ratus, eam sibi *Brantome*  
 nequaquam denegari posse, quamdui *Varillas*  
 Carolus ejus Nepos in Tutoris potestate *edueat, des*  
*Princes.*  
 effet. Verum obliu&tabantur Flandri, ut-  
 que Cæsarem excluderent, prætextum  
 saltem vero similem sollicite inquirebant,  
 tandemque invenerunt, caussati, Philippum  
 Archiducem testamento cavisse, ut Fran- *Daniel hist.*  
 ciæ Rex ejusdem Filii Curator nomina- *Franc. tom. 5*  
 retur; huic rationi nonnulli innitebantur  
 p. 264.  
 Flandri, contendentes, Ludovici Regis  
 esse, ut rei hujus controversæ judicem  
 ageret, cum Carolus Lucemburgicus ob-  
 Flandriæ, Arthesiæ, ac Carolesii comita-  
 tus clientelari obsequio Franciæ obstri-  
 ctus effet, alii tamen palam edicebant,  
 quod in Philippi testamento nequidem u-  
 nica Syllaba de Francorum Rege mentio  
 fuerit facta.

§. CXXXVI.

*Ludovicus Caroli Lucemburgici tute-  
 lam ad Flandrorum preces sibi  
 arrogat.**U*tut hæc sunt, Ludovicus tamen Caroli  
 Rr 5 Prin-

Sæcul. XVI. Principis tutelam sibi arrogabat, atque  
 A.C. 1507 Archiduci ex status Ordinum consensu  
 Guilielmum de Croy Cerviæ Toparcham  
 Gubernatorem præfecit, quamvis inconsueta  
 consultam ejusmodi agendi rationem Regi  
 Senatores, incassum licet, vehementer ta-  
 men Regi dissuaderent.

## §. CXXXVII.

*Maximilianus Belgii Gubernator.*

Scriptorum nonnulli referunt, quod in-  
 ter Caroli Austriaci Moderatores nul-  
 latenus a Ludovico Galliarum Rege no-  
 minatus fuerit primo loco Guilielmus de  
 Croy, sed potius Carolus de Croy Chi-  
 macensis Princeps præfati Guilielmi Pa-  
 truelis; huic vero priorem Anno Domini  
 millesimo quingentesimo nono in hac  
 dignitate subrogatum fuisse narrat, post-  
 quam Carolus hoc munus abdicaverat eo  
 tempore quo Margarita Austriaca Belgio  
 præerat nomine Maximiliani, cui Flandri  
 administrationem deferebant, aut ob nati-  
 vam hujus gentis levitatem, (\*) aut pro-  
 pter indignationem, quam adversus Ludo-  
 vicum Galliarum Regem conceperant.

## §. CXXXVIII.

(\*) Quo fundamento Continuator levitatis  
 vitium in Belgas transferre valeat, haud per-  
 spicimus, cum Scriptores nationum indolem  
 notaentes illud non Belgis, sed aliis attribuant.

